

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

O ante N

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

Præter hos fuit & Olympius Nemesianus, qui (ut ait Vopiscus in vita Caesarum) scripsit Haliceticam, Cynegeticam, Nauticam, Olympius item præfuit, natione Hispanus, inter Christianos commemoratur scriptores à Gennadio. Edidit librum adversus eos qui naturæ non voluntati libere & arbitrio peccata nostra ascibunt. & Olympius etiam hexarchorum Italiae unus.

Olympicus, s. um, *Ὀλυμπίος*. Quod est Olympi, vel quod ad Olympum pertinet: ut, Iupiter Olympicus. Dicitur est autem Iupiter Olympicus ab Olympo, à quo eruditus & ad virtutem institutus sit. Alii verò à cælo, quem Olympum Græci vocant, in quo regnare fertur. Pulvis Olympicus. Horat. 1. Car. Ode 11. Sunt quos curiculo pulverem Olympicum Collegisse iuvat.

Olympus, s. um, *Ὀλύμπος*, Cœlestis, deductum nomen ab Olympo.

Olynthus, *Ὀλύνθος*, Thraciæ urbs iuxta Atticam regionem, sub Atheniensium imperio, quam quum Philippus Macedonum rex obsideret, nec tam en vi capere posset, eiusdem custodes auro corrupit, atq; hoc modo suæ ditioni subiecit. Postea verò ab Atheniensibus deleta fertur, quavis non desint qui à Philippo eversam tradant. Iuven. Satyr. 12: biberat quo calidus emptor Olynthi. Stephanus autor est Olynthum ab Herculis filio Olyntho conditum, & appellatum fuisse: quoniam non desunt qui à Chalcidensium colonia illuc missa conditum malint. Olynthi item *Ὀλύνθη*, ficus parva, & non maturelcentes dicuntur, quas Latini Grossos appellant.

Olynthiæcus, s. a. um, *Ὀλύνθησις*, ut Olynthiæ orationes Demosthenis, quibus Athenienses adversus Philippum incitantur Olynthius bellum inferentem.

Olyras, *Ὀλύρας*, Fluvius est prope Thermopylas, quem fabulatur conatum esse Herculis rogam extingueret. Strabo lib. 9.

Olysiippo, *Ὀλύσιππος*, Plin. lib. 4. cap. 12. *Ὀλύσιππος* Ptolemæo: *Ὀλύσιππος* Straboni. German. Ein gemaitige Stein am Meerhafen in Portugal geseigen. *Ὀλύσιππος* Lusitanæ urbs, que nostris temporibus Vlyzbona appellatur. Vulgò Libona.

Omerici, Populi iuxta Illyricum, apud Herod. lib. 3.

Ombrios, *Ὀμβριος*, Vna & prima ex Fortunatis insulis, habens in montibus stagnum, & arbores ferule similes. Plinius lib. 6. cap. 32.

Omphale, *Ὀμφάλη*, Nomē propriū reginæ Lydiæ, quæ Herculem multis muneribus ornavit, quod à angue iuxta Sagarim fluvium multos homines interficienter interemisit. Hæc, ut Poëta tradunt, Herculem sibi servientē etiam ad lamificium compulit, quum ipsa calathum & colum, cultusq; formigosa sagittis & clava, leonisque regimine mutasset. Alii dicunt, *Ὀμφάλη* Euryti regis filii exdem, à Mercurio, iussu Iovis, Omphalæ Lydorum reginæ fuisse in servitutē additā: & inde esse quod illi servisse, & calathos submississe dicatur.

Onchestus, *Ὀνχέστις*, Filius fuit Neptuni, qui Onchestum civitatem Mycæello promontorio propinquam condidit, deque suo nomine appellavit.

Onchestus, *Ὀνχέστις*, Bœotiæ urbs est, ad procul à lacu Capadæ, ubi Amphycionum cōcilium cogi solet, teste Strabo, lib. 9. Conditā putatur ab Oncheste heroe, Neptuni filio, & ab eo nomen accepisse.

Onesicritus, penult. corr. *Ὀνησίκριτος*, Philosophus & historicus Aeginensis: ut autem Demetrio Magnæ placet: Altypalzus fuit à Diogenis schola. Similitudinem quandam cum Xenophonte habere videtur. Ut enim hic cum Cyro ita ille cum Alexandro militavit. Xenophon Cyri Prædium, Onesicritus Alexandri incunabula & originem scripsit. Similiter uterque persequitur laudes eius, quo Imperatore meruit: stylus insuper utriusque similis. Autor Diogenes Laërtius. Fuit etiam medicus.

Onesimus, *Ὀνήσιμος*, Cyprius, seu Spartiata, tempore Constantini magni scripsit de Rhetorica, De statuum differentia, Præexercitationes, Declamationes, & alia, Suidas.

Onobā, *Ὀνοβά*, Civitas inter Sacrum promontorium, & Herculeas columnas, in Bœtica regione. Autor Plinius libro 3. cap. 1. & Pomp. lib. 3.

Onobalsturia, *Ὀνοβαλστουρία*, Vulgò *Gibraltar*, Hispaniæ Bæticæ oppidum est, teste Ptolem. libro 2. cap. 4, in tractu Tudertanorum: idem cum eo quod Plinius & Pomponius Onobam vocant.

Onochonus, Thessaliæ fluvius, unus ex iis, quos Xerxis exercitus traditur edidisse. Autor Herod. lib. 4.

Onthyrion, *Ὀνθύριον*, Oppidum est Thessaliæ iuxta Arnen, cuius incolæ Onthyrii appellantur, Stephan.

Onuphis, *Ὀνούφης*, Vrbis celebris Aegypti: quæ vicinā præfectura Onuphius appellatur: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 9.

Onythes, *Ὀνύθης*, Nomen proprium Thebani cuiusdam, qui Aeneam secutus, à Turno fuit interfectus. Virgil. 12. Aeneid.

Ille Talon, Tanainque neci, fortemque Cethegum, Tres uno congressu, & moxum mittit Ouyten, Nomen Echionium, matrisq; genus Peridia.

O ante O.

Oonia, *Ὀωνία*, Insula in Oceano Septentrionali, in quibus (ut Plinius refert libro 4. cap. 13.) ovis avium, & avienis incolæ vivunt.

Oopellum, Britannia insulae urbs, Ptolem. lib. 2. cap. 3. Vxellum aliis dicta: hodie *Ceitra*.

O ante P.

Opeconsiva, Dies festi Opeconsivæ deæ instituti, cuius in regia sacranum, in quod nemo præter virgines Vestales & sacerdotem publicum introibat. Varro lib. de Ling. Lat. 5.

Opharus, *Ὀφάρως*, Scythiæ fluvius, in montibus Carthis nascens, & in Lagoum influens. Plin. lib. 6. cap. 8.

Ophæres, *Ὀφᾶρες*, Filius fuit Lycurgi regis Thracum, & alumnus Hyppilyes, alio nomine Archemorus appellatus: quem quum nutrit Argivis Lægiam fontem indicatū, in herba reliquisset, serpens interemit. In cuius honorem Argivi Nemæa certamina instituerunt: quorum victores apio coronabantur.

Ophineus, *Ὀφίνιος*, Messeniorum vater, qui quotannis natali die furore correptus, futura prædicere solebat.

Ophiogenæ, *Ὀφιογενῆς*, Genus hominum in Hellesponto, quos Crates Pergamenus scripsit serpentum ictus tactu solitos levare, & manu imposita venena extrahere corporibus. & Sunt & alii eodem nomine in Cypro insula. Plinius lib. 28. cap. 3: Quorum è genere sunt Psylli, Marisque, & qui Ophiogenes vocantur in insula Cypro: ex qua familia legatus Hexagon nomine, à Consulibus Romæ in dolium serpentium cōiectus experimenti causa, circummulcentibus linguis, miraculum præbuit.

Ophion, *Ὀφίων*, Socius Cadmi fuit, & in Thebis ædificandis adiutor: ita dictus, quod è serpentium dentibus fingatur prognatus. & Est etiam Ophion nomen filii Oceani, qui cum uxore Eurynome ante Saturnum rerum est potius. Claud. lib. 3. de Rapt. Prof. hos onerat ramos exutus Ophion. & Ophion verò, ophii, animal fuit Sardinia insulae peculiare, pilo & dentibus cervo simile: quod Plinius sua ætate interisse tradit lib. 28. cap. 10 & lib. 30. cap. 14.

Ophitæ, *Ὀφίται*, Heretici quidam fuerunt, qui Christum sub serpentis specie colebant. Interim tamen habebant & vivum serpentem, quem venerabantur & nutiebant.

Ophichus, *Ὀφίχης*, Cæleste sidus est, quod à poëtis aliquando Anguitens appellatur, eò quod hominis effigie fingi solet anguem manu tenentis. Itaq; nonnulli Herculem esse putaverunt, qui adhuc in cunis vagiens, angues à lunone immixtos manibus præfecavit. Dicitur Ophichus, quasi à *Ὀφίχης*, & per syncretism mutatis & *Ὀφίχης*. Sunt tamen qui Ophichum Aesculapium esse velint: aut Canobantæ Getarum regem: aut Phorbantem Thiope Thessalorum regis filium. Vide HIGINUM.

Ophiusa, *Ὀφίυσα*, Insula est in mari Balearico, teste Ptolemæo, ex duabus Pithyulis minor, (nam major Ebusus dicitur) propter serpentum copiam incolta: unde & colubraria à Lacinis appellatur. Plin. lib. 3. cap. 3: Ebusi terra serpentes fugat. Colubraria partitidè insecta omnibus, nisi Ebusitanam terram infecentibus, Græci *Ὀφίυσα* dixerunt. & Est & altera eiusdem nominis insula non procul à Creta, cuius etiā meminit Plin. lib. 4. cap. 12. & Ophiusa item oppidum fuit Sarmatiæ Europæ, ad Tyram sinem: de quo idem Plinius loco iam indicato. Rhodius quoque insula, aliquando propter serpentum copiam Ophiusa dicta fuit: ut tradit Strabo lib. 14.

Ophiusia, s. um, Ophiusia arva. Ovid. 10. Metam. Ipsa suas urbes Ophiusiaq; arva patabat Delectæ alma Venus.

Ophthia, *Ὀφθία*, Vrbis Libyæ Maieoticæ, Aegypto proxima. Autor Stephanus.

Ophyon, Vide supra OPHION.

Opia, *Ὀπία*, Populi iuxta Indum fluvium, Stephan.

Opimus, Prænomine Lucius, Consul Romæ fuit, quo anno C. Gracchus seditionis concionibus statim Republicæ labefactus cesus est. Ab huius nomine vina Opimiana dicta sunt, quæ Opimio Consule nra sunt. Plin. lib. 14. cap. 4. L. Opimio Consule, quum C. Gracchus Tribunus plebis seditionibus agitata interemptus est, ea cœli temperies fuit, quam cocturam vocant, solis opere, natali urbis DCXXXIII. Durantq; adhuc vina ducentis fere annis, jam in speciem redacta mellis asperi: (etenim hæc natura vinis in versillare est) nec potari per se queunt, si non pervincat aqua, usque in amantudinem carie indomita.

Opis, huius opis, *Ὀπίς*, Nympha Diane comes, de qua Virgil. Aen. 11: Velocè interea superis in sedibus Opis Cœpellabat. Vbi prima producit, quum in Opis ab Ops corrumpatur. & Est item Opis vici nomen in Mesopotamia, ad Euphratem fluvium,